

\_Lettera\_N\_0454

Al giovane Giovanni Garino

\*S. Ignatii apud Lanceum taurinensem, 25 julii 1860

Garino fili mi,

Magnam rem, fili mi, obtulisti per epistolam tuam; in manus meas voluntatem tuam commendasti; hoc frustra non erit. Praebe mihi etiam cor tuum; et ego duo tibi promitto. Rogabo Dominum, ut quotidie intendat in adiutorium tuum; et totis viribus agam ut cor tuum semper immaculatum coram Domino permaneat.

Bono animo esto; res magni momenti te expectat; cum venero apud te nexum resolvam.

Ora pro me, ne in vacuum gratiam Dei recipiam. Vale

Sac. Bosco Jo.